Quelle: http://manuscripta.at/?ID=287
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift

avis dicitur esse stolida et volare non potest sed alis extensis aliquantulum citat cursum Spicula quedam habet in cubitis interioribus alarum quibus ferit eos quibus insilit Hec avis mense iulio ovat et ova in sabulo abscondit que calore solis excluduntur sicut et alia multa ova avialium et ideo adeam non revertitur quia nudo corpore ea fovere non posset Aliquando autem custodit ea et respicit ad locum in quo iacet et ideo rumor falsus exiuit quod visu ea foveat Hec sunt que nidi destructionem que non tam avis quam medium inter gressibile et volatile michi esse videtur hec albertus

Sturni aves sunt ut dicit plinius proprie que ad volandum extente fusto intent calore determinatim volant et quodam pilo orbe circumvagantur omnibus in medium tendentibus Et propter hoc accipitres qui eis insidiantur agitantur vespere turbis immensis communicant liber rerum Nocte silente aurora rubente murmur excitat denuo dum se ad cibum volat

Sturnus avis est nigra aliquantulum cinericitate pallescens respersa et est satis ligne et perfectissime loquitur gregatim volat et compresse qualibet ad aciei centrum propter timorem accipitris contendente Accipitrem enim superius vel a latere accedentem aliter evertant et subtus volantem stercoribus opprimunt In harenis et paludibus sedent et cum armentis vaccarum assidue sunt propter pastua que de stercoribus colliguntur Carnes habet siccas et sapidas hec albertus Sequitur de avibus quorum nomina incipiuntur ab . T .

Tantulus est ardea et ibi quere
Tarda est gradipes et ibi quere
Titus est palumbus et ibi quere
Toda de ut dicit hugwicio est avis quedam que non habet ossa in tibiis quare semper est in motu hec et todus vel todulus etc.

Tragopoles avis est ut dicit Solinus quem ethiopia est maior aquila ut aries cornua habet unde armatum caput habet contra omnes aves sibi contrarios illas aspere depellens ferruginei color caput habet ut femur excepto hoc quod armatum habet caput ut predixim

Tetragopoles avis est ut dicit plinius in ethiopia caput habens ut femur excepto quod cornua habet arietis et omnes aves adversas cornu feriat deponit in ceteris autem membris ferruginei coloris habilis

Turdela avis est scilicet drosel quasi maior turdo

Turdela avis est modica quantitate et fere colorem turdi preferens que vulgo drosthel vocat canens in vere et est multiplicis bone et apte carnis ad comedendum et est coloris cinerei declinans in pectore ad varietatem croceam et domesticatur valde bene hec albertus

Turdus avis est scilicet star vel brachvogel et dicitur turdus quasi tardus quia tarde volat vel quia tarde se ferat scilicet in fine autumpni

Turdus avis est cinerei coloris non magna corpore et nidificans luto marboribus infra decem dies postquam ova conceperit parit et fovet sedet in glebis agrorum sabulizancium et est boni saporis caro eius hec albertus

Turtur nomen habet a sono vocis et est avis secundum Aristotelem mire pudicicie socium diligit et soli fidem servat adeo mortuo alteri se non iungit sed solitarie incedens siccis arborum ramis insidet gemens et tristis prantum habet gemitum nulli avium infesta est Sed contra omnium avium nidum struit quo quiescit et fovet ova Turtur in nido suo ut ait Ambrosius ne pullos suos perturbet ad adversum Scilla folia super iacet Novit enim quod huius folia venenata fugiunt aves Sanguis eius dextre ale medicinalis est in missis oculis in vento meridionali non bene volare possunt Turtur per quem parem primum confirmat amorem Amissoque pari nescit habere parem et est turtur per avium diversum in genere Ovidius in libro sine titulo ponit ipsum in masculino genere dicens turturque ante alios turtur amica venit Sed in aurora ponitur sub femino genere est simplex turtur et dicitur esse pudica Turturis fel caliginem oculorum tollit ut dicit P. hispanus

Turtur avis est nota pudiciciam amans cinerei coloris sed in dorso super sparsa est colore ruffo in superficie pennarum boni valde volatus et est boni pedis De hac dicitur quod post primum secundum coniugem nescit bis pullificat in vere et educat pullos ter etiam ovat sed ova prima vel secunda subtrahuntur et in hoc convenit cum palumbis in hyemis asperitate latet et dicunt quod deplumata in concavis rimarum et idem dicunt de ceteris avibus sed hoc non est probatum Signum enim huius esse dicunt quod aves latentes se mutare inveniuntur sed hoc non est sufficiens signum quia aves dupliciter se mutat Quedam enim simul in continuo uno tempore